

DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM

EVANGELIUM JOANNIS, II, 1

1. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Jesu ibi.
2. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias.
3. Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum : vinum non habent.
4. Et dicit ei Jesus : quid mihi et tibi est, mulier ? nondum venit hora mea.
5. Dicit Mater ejus ministris : Quodcumque dixerit vobis, facite.
6. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capitentes singulæ metretas binas, vel ternas ; dicit eis Jesus : Implete hydras aqua.
7. Et impleverunt eas usque ad summum.
8. Dicit eis Jesus : haurite nunc et ferte architriclino, et tulerunt.
9. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, et dicit ei :
10. Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est : tu autem servasti bonum vinum usque adhuc ?
11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus.

VERSUS 1.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Jesu ibi.

Nuptiæ factæ sunt in Cana.

1. — « Nuptiæ tunc celebrantur, quando sponsus Ecclesie scilicet Episcopus consecratur, in Cana Galilææ, » inquit Lyranus. « Cana zelus, Galilæa transmigratio interpretatur : Per hoc significatur, quod Episcopi consecratio fit propter zelum amaranum, et propter transmigratio-nem ipsius ad culmen virtutum ; hæc enim duo inseparabiliter concomitari debent episcopalem statum. »

2. — S. Thomas dicit, in Joann. : « In zelo ergo transmigrations hæc nuptiæ celebrantur, ut denuntiet eos maxime Christi conjunctione dignos existere, qui zelo piæ devotionis, frequenter transmigrant de statu culpæ ad gratiam Ecclesie. »

Et erat Mater Jesu ibi.

3. — In admirationem prima facie jure merito rapit consideratio, quod B. Virgo sese ab hisce nuptiis non subduxerit ; hoc etenim Ruperto Ab-bati Tuitiensi, lib. II in Joan., occasionem dedit exclamandi : « Magnum et cunctis sanctæ Ecclesie spectandum ordinibus humilitatis exemplum, et veritatem sacris virginibus non imitandam, et quod Mater Jesu virginem Domini templum, et illibatam Sancti Spiritus sacrarium, non asper-

« nata est carnalium interesse voluptati nuptia-rum. » Toletus Evangelistam hujus mentionem fecisse scribit : « Tum ut presentiam tanta per-sonæ non pretereat, tum quia in miraculo, quod accidit, ipsa intervenit. » S. Thomas, in Joann., in ea est opinio quod Christus propter sanctissimam Matrem ad hæc nuptias invitatus fuerit, putatque consequenter dicendum esse, quod quia Neosponsi Christum adeo solitario et abstracte vivere sciebant, ut nulli unquam convivio hactenus presens fuisse sciretur, ideo merito dubitarint an invitatus ad nuptias, in iisdem compariturus fuisset, ideoque sanctissimam ejus Matrem prius invitarent, ut hæc ratione utriusque presentia facilius gaudere possent : « Puto quod primo consulerunt « matrem, an Jesus esset vocandus, et ideo signan-ter dicit Evangelista, primo matrem adesse jam « in nuptiis, et Jesum postmodum fuisse voca-« tum. » Alii vero scribunt, usitatum fuisse olim timoratoris conscientie hominibus in similibus conviviorum nuptialium occasionibus, inter alios convivas, mulieres quoque invitare summa et rara honestate et modestia præditas, ut hæc per presen-tiam suam et illis debitum reverentialem respectum et lætitiæ excessum in talibus convivii fieri solitum temperarent.

4. — S. Thomas, in Dom., ait : « Mystice autem « in nuptiis spiritaliter est Mater Jesu ; Virgo scilicet licet beata, sicut nuptiarum conciliatrix, quia per « ejus intercessionem conjungitur anima Christo « per gratiam. »

5. — Hugo Cardinalis dicit : « Erat Mater Jesu

« ibi, id est, timor Dei, qui generat et nutrit « salutem. » Isaia, xxvi, 17, 18 : *A timore tuo con-« cepimus et peperimus spiritum salutis ; vel Mater « Jesus est tenera et pura conscientia. »*

Additiones.

a. — *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Jesu ibi.* Non vacat mysterio quod sacer Historicus tam accurate harum nuptiarum locum exprimat. Et ratio esse potest, quod Christus Dominus ad id quod intendit, aptum semper locum elegit ; cum vero in his nuptiis, singularis quidam zelus transmutationis non credentium, in Christi fideles, futurus esset, hinc Canan que zelus, et Galilæam que transmutationem significat elegit, ut denunciet eos maxime Christi conjunctione dignos existere, qui zelo piæ devotionis ferventes, transmigrant de statu culpæ ad gratiam Ecclesie, et de morte ad vitam, ut dicitur supra, ex S. Thoma. Hæc autem sit transmigratio, confessione sacramentali. S. Laurentius, omnem eloquentiam, hujus sacramenti gloriis, atque encomiis depromendis, longe imparem statuit esse : « Nemo valet sacra-« menti hujus propalare præconia, et quantum « homini conferat, edicere gratiam. » Qui idem Sanctus, alio in loco ad particuliora descendens, sequentibus confessionem exornat titulis : « Delicti « confessio veniam impetrat, gratiam promeretur, « humilitatem nutrit, cælum aperit, iram Dei « coeret, pacem reddit, et offensam majestatem « cito propitiat, dummodo debito modo fiat. »

S. Bernardinus Senensis largas pariter confessio-nis diffusus in laudes, duodecim ejusdem assignat fructus, inquires : « Primus fructus est mentis « illuminatio ; secundus, misericordiæ impetratio ; « tertius, a morte suscitatio ; quartus, a diabolo « liberatio ; quintus, animæ purgatio ; sextus, cum « Deo animæ purificatio ; septimus, conscientie « alteratio ; octavus, diaboli confusio ; nonus, pecca-« torum remissio ; decimus, pro peccatis satisfactio ; « undecimus, gratiæ augmentatio ; duodecimus, Dei « glorificatio. »

« Si fructum vitæ æternæ multiplicare vis semine « boni operis, oportet quod terra cordis aperiat « in principio, vomere confessionis, » inquit S. Bonaventura, *Serm. vi in Rogat.* Pro quo dogmate stabilendo, testimonium adducit S. Augustini dice-ntis : « Initium operum bonorum est confessio « malorum operum. » *Charitas operit multitudi-« nem peccatorum* : eadem est confessionis efficacia. Cujus ut asserti veritatem inspiciamus, Phariseum, et Publicanum adeamus. Vitam degebat ille, a mundana vanitate alienam : *Non sum sicut ceteri hominum.* Cursus annorum ejus binis his polis inni-ebatur : *Declina a malo et fac bonum.* Nulla namque committebat latrocinia, nulla adulteria, excessum nullum ; virtutum exercitiis vacabat, Ecclesiam

frequentando, orando, jejunando, elemosynas largiendo ; nihilominus impententem reprobativè Deus. Publicanus autem, peccatorum sordibus usque ad aures immersus, vix peracta sincera confessione, *descendit in domum suam, justificatus ab illo.* Nec immerito, quia teste S. Augustino, « enumerati-« tioni meritorum præferitur confessio peccatorum. » Non modo autem confessio malis abedat operatio-nes, sed et merita recuperat omnium præteritorum bonorum operum, peccato deperdita, eaque conservat. Unde S. Thomas de Villanova : « Sextus, » inquit, « fructus est conservatio meritorum, nam « dum homo est in peccato, bona opera ei nihil « conferunt ad gloriam, sed vitam cum operibus « perdit. Cum enim ipse sit abominabilis, ejus « opera Deo non placent ; et quanta perdit hæc ? « Si autem statim confiteatur, et exeat a peccato, « totum quod vivit lucratur, et Dei amicus effici-« tur. »

b. — Ruperts, lib. II in Joan., ait : « Magnum « cunctis sanctæ Ecclesie spectandum ordinibus, « humilitatis exemplum, quod Mater Jesu, virgi-« neam Domini templum, illibatam Sancti Spiritus « sacrarium, non aspernata est carnalium interesse « celebrari nuptiarum. » Ex quo loco hæc deduci potest pulchra moralitas, quod quævis Deipara Virgo maxime Spiritus Sancti donis esset conspi-cua, nihil tamen inde sibi sublime adscripsit, nec alios longe minora dona habentes contempsit. Proinde qui castitate ac continentia respiciend, non inde gloriatur, nec aliis insultet. Est enim conti-nentia speciale Dei donum, quod proinde non per industriam nostram acquiritur, sed a Deo liberaliter conceditur ; et ideo propter illud alii eo carentes, non sunt contemnendi.

Continentia ingens Dei donum est, quod ab in-dustria, et arbitrio nostro minime dependet ; et ideo, pro hoc impetrando celestis munere, ardentibus precibus a nobis imploranda est Bonitas divina, illudque, de facto possidentes, solum Altissimi om-nipotentis dextera tribuere debemus. Unde Sapi-ens de semetipso fatetur, *Sap., vii, 19, dicens : Puer eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam ; et cum essem cogitatione magis bonus, venit ad corpus coinguinatum ; et ut sevi quantiam aliter non possidem esse continens, nisi Deus det ; et hoc ipsum erat sapientia, scire, ejus esset hoc donum ; adi Dominum, et deprecatus sum illum.*

S. Augustinus nobis salutare monitum suggerit, videlicet quod ex quo continentia et castitas specialissimum quoddam Dei donum est, cavendum nobis sit, ne in eo vane nobis placeamus. « Quapropter, » inquit, « hæc prima sit induenda « humilitatis cogitatio, ne a se sibi putet esse Dei « Virgo, quod talis sit, ac non potius hoc donum « optimum desuper descendere a Patre luminum. » *De S. Virgin., cap. XII.* Paulo post, idipsum monet

dicens: « Sciens homo, gratia Dei se esse, quod est, non incidit in alium superbie laqueum, ut de ipsa Dei gratia se extollendo, spernat ceteros. »

c. — Si hæc verba: *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee*, nobis considerantibus, a sensu litterali ad mysticum transire placet, nuptias celebrat Deus, dum excessiva animarum nostrarum pulchritudo, ad sui sponsalium, ipsum Deum rapit. Hæc autem venustas animæ a virtutibus et innocentia christiana dependet.

Origenes animam nostram, superhumana et divina pulchritudine qua Deus ad ejus sponsalium concupiscendum raptus fuerit, dotatam esse probaturus, dicit: « Nisi esset aliquis decor in anima, Propheta utique de ipsa non dixisset: *Et concupiscet rex decorem tuum*. Quis ita habet pulchram animam? Quis tantum possidet decorem? Qui ita est extraneus ab omni feditate, ut possit ei dici: *Concupiscit rex decorem tuum*. » Ps. XLIV, 22. Hæc autem venustas et pulchritudo non in corpore, sed in tali anima, quæ pura, immaculata, munda existit. Hæc enim sola est quæ Sponsum celestem in sui amorem rapit.

Enimvero animæ qualitates S. Thomas de Villanova nobis coloribus adumbrat, dicens: « Est anima rationalis natura quedam spiritualis, incorporea, incorruptibilis, immortalis, intellectualis, libera, capax Dei, habens voluntatem et intellectum sicut Angelus. »

Audite, quæso, quid de animæ speciositate, S. Bernardinus, in hæc fere verba scribit, *Serm. v, de anim. dignit.*: « Si formarentur tot Empyreæ cæli, quot sunt aquarum guttæ, quot sunt granæ arenæ maris, omnis pulchritudo eorum simul sumpta, non posset æquari pulchritudinem unius animæ... Illi infiniti cæli non possent intelligere Deum, nec diligere, nec possidere quemadmodum rationalis anima. » Quid igitur mirandum est, hæc adeo excessivam pulchritudinem animæ, ipsam quoque rapuisse ejus Creatorem, ut se illi per arcum sponsalium vinculum copularet? Vultis non nihil intelligere quisnam aut qualis sit hujus unionis animæ cum Deo conceptus? S. Ambrosius ait: « Concipit et generat Dei Verbum: *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.* »

Suam animam pulchritudinem, non a semetipsa habet, sed illam a cælesti Sponso suo participat, quia: *Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre lumine*. Unde Villanova sua illa verba: « Decorem tuum, » ita glossat: « Id est, qui in te est, non qui a te est, non enim concupiscit decorem, nisi quem ipse præstat. »

d. — Cælestis vero Sponsus tunc nuptias cum anima sponsa celebrat dum per communionem

corporis et sanguinis sui, veluti spirituales copulam inquit et unionem, eamque divinitatis sue participem. Nec noverat, nec poterat amantissimus Salvator securiorem, certioreque adinvenire modum quo se totum nobis incorporaret, nostrumque faceret, quem inviscerari nobis, tanquam cibus et nutrimentum animæ. « Nos sibi non modo attrahit, » inquit Albertus Magnus, « sed intrahit, et ipse in nos penetrat usque ad medullas. » Panis ille cælestis, ita se, digne cum accipientibus, unit et incorporat, ut merito unicuique eorum dici possit: « Vos estis corpus Christi et membra de e membro. Membra estis de corpore ejus, de carne ejus et de ossibus ejus; ut non tantum per charitatem hoc fiamus, verum et ipsa re in illam misceamur carnem, » subnectit S. Chrysostomus, *Hom. LXI ad Pop.* Cui et S. Hilarius, *de Trinit.*, lib. VIII, suffragatur, qui postquam corporis et sanguinis Christi in Eucharistia veritatem fufus probasset, ita tandem concludit: « Hæc accepta et atque hausta id efficiunt ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem, et sumus in eo, dum secundum hoc quod nos sumus, in Deo est. Quod autem in eo, per sacramentum communicatæ carnis et sanguinis simus, ipse testatus est dicens: *Quoniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.* »

VERSUS 2.

Vocatus est autem Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias.

1. — Toletus Christum invitantis ad nuptias acquirisse credit, ne honestam illam et civilem conversationem aspernari videretur, qui jam quoad externam vitam communem elegerit, et ut se tanto magis exhiberet benignum et amabilem. Lucas Brugensis Christum exemplo suo nos erudire voluisse dicit, ne parentes aut cognatos pauperes erubescamus aut agnoscere detrectemus. Idem quoque S. Cyrillus citat dicentem quod Christus ad nuptias concesserit, ut solemne illud patretur miraculum: « Miraculi potius quod acturus erat quam conjugii gratia adfuit. »

2. — S. Augustinus, *tr. viii in Joan.*, ait: « Quid autem mirum, si in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Verbum est sponsus, et sponsa caro humana, et utramque unus Dei Filius et idem Filius hominis. Ille uterus Virginiæ Mariæ thalamus ejus est; unde processit tantum sponsus de thalamo suo. »

3. — Beda existimat Christum per hanc in nuptiis comparisonem suam, Tatiani et Marcionis et aliorum hæresim condemnare voluisse, quos prævidebat maledicos futuros esse adversus nuptias, simulque statum hunc conjugalem sanctificare vo-

luisse; siquidem ab utero virginali nasci, et ab Annæ viduæ lingua prophetica benedici voluit: « A nuptiarum celebratoribus jam juvenis invitatus, hos presentia sue virtutis honorat. »

4. — Ad nuptias quoque invitari voluit, tametsi alias in summa solitudine vivere consuevisset, ut hoc nobis exemplum post se relinqueret, quod nuptiæ, quæ vel maxime cæli favoribus prosperari merentur, sint illæ, in quibus sponsi eundem sibi finem propositum habent, quem Tobias junior habuit, dum, *viii, 9*, ait: *Et nunc, Domine, ut scis, quia non luxurix causa accipio conjugem; sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum*. Hisce igitur nuptiis Christus, B. Virgo et discipuli adsunt, id est, ut S. Augustinus exponit, qui se ejus adduxerant sequela et disciplinæ.

5. — Porro primum suum miraculum in solemnem convivio patrare voluit, ibidem manifestandæ gloriæ suæ facere initium, non obstante, quod dissolutionem ut plurimum secum afferre soleant; ut ex hoc agnosceremus, dissolutiones istas et lascivias a nostra dumtaxat malitia derivari; siquidem Psalmista expresse etiam justos invitavit, *Psal. LXVII, 4*, dicens: *Et justi epulentur et exultent*; quoniam vero modo letandum et epulandum sit, immediate post exponit, dum subdit: *In conspectu Dei et delectentur in lætitia, cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus*. Neque enim in ejusmodi conviviis, presentia Dei excludenda est a mentibus nostris.

Additiones.

a. — *Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias*. Miraris forte audiens Jesum venisse ad nuptias, sed eas acceptavit Dominus, non ad delicias, sed quantum conveniebat ad nostram doctrinam et utilitatem, docens nos quomodo etiam in nuptiis, ubi ordinarie ultra necessitatem cibi apponuntur, ad necessitatem tantum sumendi sunt. Gula enim disponit hominem ut facilius cedat tentationibus, quod sciens serpens astutus, ad prosternendum Adam et uxorem ejus inter omnia vitia gulam eligit.

Vult Deus ut cibus corpori necessarius, sobrius sit, non superfluus, necessitati serviens, non voluptati. Ideoque manducandum est, ut vivamus; non vivendum ut manducemus.

Vitium gulæ in peccati sibi adsciscit infernum perpetuum, a Paradiso exilium et animæ perditionem. Sentina est omnium vitiorum suosque sequaces in quævis præcipitia impellit.

Ebrii et gulosi in intellectu et mente sua exaccantur, fluntque, per hoc vitium, bestiis similes.

Per gulam homo in multa mala prolabitur; hæc enim Judaismum Deo ingratum constituit; in vitiosum nos pertrahit lætitiæ, secreta pandit, et linguam hominis ad multa peccata relaxat.

Excessus in cibo et potu est concupiscentiæ carnis incentivum; voluptates carnales per crapulam et ebrietatem instaurantur et foventur.

Vinum et cibus, maxime a contemplatione honorum spiritualium et celestium divertunt intellectum.

Gula Dei et gratiarum ejus est inimica, spiritui opponitur, prosternt virtutes, Deique et alterius vite oblivionem inducit, religionis, fidei et cultus veri Dei contemptum causat.

Gulosus impenitens, incorrigibilis et inemendabilis esse solet; morte improvisa ut plurimum tollitur, estque erga illum Deus frequenter implacabilis et inexorabilis.

Gula sæpe etiam viros timoratos et perfectos seducit. Si quis præter Scripturam sacram, a Spiritu veritatis dictatam, assuerisset, Esau ab Isaaco, propter venationes carnum ferinarum, dilectum fuisse, difficilem dietis fidem adhibuissemus; sed mentiri nescit sacer Chronista, clare protestans, absque quocumque commentario aut Glossa: *Isaac amabat Esau*, *Genes.*, *xxv, 28*. Sane si aliud tanti affectus allegasset motivum, æconomiam, v. g. aut primogenituram, aut alias dotes naturales, mirum nequitiam fuisset. Sed dicit aperte Moyses: *Ecce quod de venationibus illius vesceretur*. Nonne Isaac supernaturali pollebat spiritu prophetico? Nonne hunc filium suum a Deo reprobatum, Jacob vero e contra prædestinatum esse cognoverat? Quare itaque amare dicitur Esau, hominem incivilem, rudem, profanum, sacrilegum, Deo exosum, et non potius amore trahi Jacobi tantæ virtutis filii, ut totius populi Israelitici caput futurus esset? *Amabat eo quod de venationibus illius vesceretur*. Abulensis hunc Isaaci affectum beneficio ascribit, quod decrepitu, ex illo ferino capiebat cibo, utpote levioribus indigens eibus; nihilominus insinuat S. Cyrillus, Isaacum aliquatenus ex gulæ mole nunc impio filio indebitum dedisse affectum; ut hinc discamus, viros illos, quamvis pios, homines tamen fuisse. « Vicit S. Noe, vel etiam Loth Abraham nepotem ebrietatis, quorum alter, cum jejunaret, diluvio superstes « fuit, alter incendio, » dicit S. Ambrosius, *lib. de Elia et jejun.*, v. S. Ephrem pariter ostenditur, quod gula perfectissimos etiam et timoratos viros seducat, idem Lothi exemplum, in medium adducens tandem concludit: « Si ergo justis ac sanctis viros vinum « non pepercit, te abjectum quanto magis « pepercit? »

b. — Dominus Jesus, ut quantis donis sui afficiendi essent, explicaret, ad has nuptias venit. Nam si in illis, quibus ut amicus adfuit, tot operaturæ est signa, quid in spiritualibus nuptiis fiet, in quibus ipse est sponsus, videlicet in venerabili Eucharistia Sacramento? Unde pulchre Petrus Damianus, *lib. VII, Ep. xix ad Blanc.*, ait: « Illic Jesus « aquam convertit in vinum; hic idem Jesus, et « vinum seipsum fecit et cibum. »

E Paradiso terrestri, quatuor universam terram irrigaturi olim directi fuerunt fluvii; hoc autem copiosissimum, non aquarum, sed gratiarum, donorum, bonorum inestimabilium, non terrestriis, sed celestibus Paradisi flumen, sancta inquam Eucharistia innumeris nos replet, et irrigat celestium Charismatum torrentibus. Quem conceptum, his nobis verbis representat S. Chrysostomus, *Hom. XLV in Joan.*, inquit: « Ex Paradiso fons scaturit, a quo sensibiles fluvii emanarent; a mensa hac, prodiit fons, qui spirituales diffundit fluvios. Juxta hunc fontem non steriles germinant, sed arbores, cœlum ipsum attingentes, quæ fructus solidos semper producant. Sacramenta reliqua, tanquam tubi et canales, divinam ad nos transfundunt gratiam: « Eucharistia autem, ipsemet fons est aquæ salientis, in vitam æternam. »

Albertus Magnus, *de Euchar.*, dist. VI, tr. II, de hoc Sacramento ait: « Sacramentum sacramentorum est Eucharistia, omnis gratiæ contentiva, communicatio omnis sanctitatis. » Et quidem hujus affluentie gratiarum, quæ ab Eucharistia in nos dimanant, sequentes assignat rationes; dicit enim: « In genere gratiæ est propter sex causas, quarum una est, quia non est nisi a gratia, et non nisi gratia esse potest. *Secunda*, quia non datur nisi a gratissimo. *Tertia*, quia non nisi gratissimis administratur. *Quarta*, quia gratiam operatur. *Quinta*, quia est gratia super gratiam. *Sexta*, quia omnis gratiæ est contentivum. » Aliibi pariter in eodem libro ait: « Quidquid in cœlo fuit gratiæ et gloriæ, totum nobis dedit. Unde hanc magnificentiam canit Psalmista: *Omnia a te expectant, ut des illis escam.* » Adde verba S. Augustini, tr. LXXXIV in Joannem: « Audeo dicere quod Deus, cum sit omnipotens, plus dare non potuit; cum sit sapientius, plus dare nescivit; cum sit ditissimus, plus dare non potuit. »

c. — Toletus Christum invitantibus ad nuptias acquievisse credit, ne honestam illam et civilem conversationem aspernari videretur, qui jam quoad externam vitam elegerat communem, ut se tanto magis benignum exhiberet, et amabilem. Ratio hæc quidem optima est, sed hoc plus notandum est, quod primum suum miraculum in solemnem quodam convivio patrare voluit, ibique manifestante gloriæ suæ facere initium, non obstante quod dissolutionem, ut plurimum secum afferre soleat; ut ex hoc agnosceremus, dissolutiones istas et lascivias, a nostra dumtaxat malitia derivari; siquidem Psalmista expresse etiam justos invitat, dicens: *Et justi epulentur et exultent*; sufficienter indicans, bona mundi hujus, nulli eisdem bene utenti nocere, quæcumque tandem illæ sint, siquidem omnia, inter quæ numerantur licite recreationes, ut sunt nuptiæ, a Deo aut creatura, aut permissa sunt ad nostram utilitatem. Ex nostra vero

malitia ea, quæ ex natura sua bona sunt, fiunt mala.

S. Hieronymus in *cap. I ad Galat.*, super illa verba: *Totus mundus in maligno positus est*, inquit: « Non quod mundus ipse sit malus, sed quod mala in mundo fiant ab hominibus, *manducemus et bibamus* dicentibus, *cras enim moriemur*. Infamantur et saltus, cum latrocinii pleni sunt, non quod terra peccet et sylvæ, sed quod infamiam homicidii loca quoque traxerint. Detestamur et gladium, quo humanus effusus est cruor, et calcem, in quo venenum temperatum est; non gladium calicisque peccato, sed quod odium mercatorum illi, qui his male usi sunt. Ita et sæculum non per semetipsum aut bonum aut malum est, sed per eos qui in illo sunt, aut bonum appellatur, aut malum. »

d. — Miraris forte videns Jesum, Matrem et discipulos ejus in conviviis et nuptiis; sed intelligendum est convivia non semper esse mala; siquæ acceptavit ea Dominus, non ad delicias suas, ut impius dicebat Jovinianus hæreticus, sed quando conveniebat ad nostram doctrinam, et utilitatem. Regius Palles, *Psal. LXVII*, dicit nomine Dei: *Et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei*. Non sufficit ipsi quod illos epulari jubeat, *epulentur*, verum insuper præcipit ut gaudeant, *et exultent*. Et quidem ut justi intelligant, quod Deus gaudium et exultationem quandam excessivam ab eis expectet, dicit alterius: *Et delectetur in latibitibus*. Neque illa verba de spirituali solum gaudio explicari debent, verum etiam de honesta lætitia et recreatione corporali, quæ communiter suum inter virtutes locum obtinet, et Eutrapeliæ nomine appellatur. Nam ut inquit Aristoteles: « Qui laborant, indigent relaxatione. »

Verum quidem est, quod ut S. Thomas notat, ad hoc ut hæc remissio et recreatio virtuosa sit et honesta, multe circumstantiæ intercedere debeant: « Tria tamen videntur esse cavenda. Primum est principale, quod prædicta delectatio non trahatur in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus, etc. » Minutius Felix, in specie, de conviviis tractans, inquit: « Convivia non tantum pudica est, colimus, sed et sobria. Nec enim indulgentium epulis, aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus, casto sermone, corpore castiore. »

Secunda a S. Thoma adducta Eutrapeliæ conditio est ista: « Attendendum, ne totaliter gravitas animæ resolvatur. » Gaudia enim et recreationes cum moderatione admitti debent; ac proinde S. Gregorius Nazianzenus ait: « Non interdictam volo animi relaxationem, sed immoderationem coercere. »

« Tertio attendendum est, » inquit Angelicus Doctor, sicut et in omnibus humanis actibus, ut congruat persone, tempori et loco, et secundum

« alias circumstantias, debite ordinetur, ut scilicet sit jocus tempore, et homine dignus. »

e. — Licet hic sequi piam Petri Damiani doctrinam, qui lib. VII, *Epis. XIX ad Blaucam*, sic scribit: « Hæc autem omnia spiritualibus conferenda sunt nuptiis, et novæ sponsæ diligenter aptanda. Et sicut Evangelista testatur: *Vocatus est Jesus ad nuptias, cum discipulis suis*, sed tanquam probus, non ut sponsus, quasi pransurus, non nuptiis: spirituales vero nuptiæ tanto has privilegio superant, ut hic Jesus jure credatur non amicus esse, sed sponsus; » et talis quidem Sponsus qui cor nostrum totum habere desiderat.

f. — Dominus Salvator noster, licet valde a conviviis, et comessionibus esset alienus, venire non renuit, ut quia per terrenæ conversationis illecebras discipuli facile perverti possent, ipse per presentiam suam, omne perversionis tollerit periculum. Citra enim miraculum, et absque speciali Dei assistentia, boni constantes non perseverant inter perversos. S. Bernardus, *Serm. XLVII in Cantico*, innocentiam, inque bono perseverantiam inter malos, et impios, divinæ nuncupat opus potentie, dum ait: « Versari inter spinas, et minime lædi, divinæ potentie est, non virtutis tuæ. »

Historiam Jobi Spiritus Sanctus his verbis inchoat: *Vir erat in terra Hus*; quæ S. Gregorius interpretans, ita discurret: « Ideo sanctus vir ubi habitaverit, dicitur, ut ejus meritum virtutis exprimat, et hoc ejus laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. » Tanta erat sociorum ejus perversitas ut dicere non dubitaverit: *Frater fui draconum, et socius sturionum*. Quapropter et Origenes hanc Jobo attribuit laudem: « Inter profanos sanctus, inter obcenos mundus, pius inter impios, bonus inter malos, tanquam smaragdus in luto, tanquam margarita in arena. »

S. Chrysostomus Abraham, Loth et Moysen, eo quod perversos inter, sanctam semper illibatam conservavit innocentiam, summopere obstupescit, inquit, in Psalmum XI: « Propterea admiramur Abraham, propterea Loth, propterea Moysen, quod veluti in profunda nocte stellæ apparebant, et tanquam oves inter lupos. » Tales utique, inquit Sanctus, qui inter malos, bonitatis semite jugiter insistant, his merito assimilarim, qui contra torrentem aquarum, et contra venti navigant impetum. »

g. — Omnibus occasionibus sese immiscet demon, presertim conviviis. Unde vocandus est etiam Jesus, et contra dæmonem divinum implorandum est auxilium, solumque Deo fidendum. Dum autem vires nostras contra ipsum exercimus, nos in presentia et conspectu Dei dimicare debemus. S. Thomas de Villanova, *Serm. de SS. Cosma et Dam.*, ait: « Nostra est culpa, fratres, si perimus; quia defensionem nostram invocare negligimus, sicut cuidam

« apud Prophetam merito approbatur: *Eecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.* » Hanc quoque in Deum fiduciam B. Laurent. Justinianus nobis his verbis commendat: « In omnibus insultibus spirituum immundorum, in cunctis tentationibus, quibus servi Christi impugnantur, abijcere conentur propriam confidentiam; et divinum non cessent efflagitare auxilium. » David cum gigante preliaturus, aureis Saulis armis vestiri noluit quia confidebat in Deum: *Ego venio ad te in nomine Domini*. In bello quidem corporali, sine armis ad preliandum abire temeritas est maxima; in hoc demonis bello, temeritas est armis sese accingere, ut viribus suis confidere sibi quis queat; sed post omnes nostros posibles conatus adhibitos, in solo Deo sperare et confidere oportet: *Factus est spes mea, fortis fortitudinis a facie inimici; nihil proficiat inimicus in nobis, et filius iniquitatis non apponet nocere nobis*, dicit Psalmista, *Ps. LXI*, 44. Deus quoque ipsemet, in *Psal. XC*, 14, declarat se dicens: *Quoniam in me speravit liberabo eum, protegam eum quoniam cognovit nomen meum.*

VERSUS 3.

Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum: vinum non habent.

1. — Notat Lucas Brugensis, Evangelistam causam, cur vinum defecerit, minime exprimere; cumque defectum illum a convivarum intemperantia minime processisse certum sit, siquidem « ibi Jesus aderat, temperantiae exemplar et magister, » ideo verisimile esse existimat, quod cum vinum non in abundantia, sed mensuratim pro numero convivantium presentium allatum fuerit, ideo Christo et discipulis ejus superveniens minime suffecerit. Albertus Magnus, in *Joan.*, ex hoc vini defectu neosponsorum paupertatem conjecit, dum ait: « In terra uberatis vini tempore suæ juvenilitatis vinum sufficienter habere non poterat; ex hoc accipitur, qualiter Christus pauper, congregalionem pauperum amabat, quorum nuptiis interesse non indignatus est. » Verumtamen idem Lucas Brugensis defectum hunc quemdam fuisse divine Providentiæ effectum existimat: « Divina Providentiæ hanc vini inopiam, non ad inopiam, procuravit, sed ad copiam, ut glorificetur Filius Dei per eam. » Cui consonat, quod Beda hisce verbis scribit: « Ut vino meliore per ipsum mirabili ordine facto, manifestaretur gloria latentis in homine Dei et credentium in eum fides aucta proficeret. »

2. — Cæsarius Arelatensis, *Hom. VIII*, ait: « Vinum deficiebat, quia vinea fructum negabat, de qua dicitur Isaiæ, v: *Expectavi ut faceret uvas, fecit autem spinas.* »

3. — Porro vinum est lætitiæ, mundane symbolum: *Vinum lætificat cor hominis*; ac proinde in hoc

deficientis vini eventu, lætitiæ ubi ad summum venit, deficere significatur, quia *deficiente vino vinum non habent*, quando convivium in meliori fervore consistebat, *Prov., xiv, 13: Risus dolore miscetur et extrema gaudii luctus occupat*. Verum dicat aliquis forsitan, si hæc nuptiæ profanæ fuissent (quales ut plurimum omnes aliæ esse solent) vinum, id est, veram lætitiæ in eo deficere mirandum non esset: at vero cum hæc nuptiæ Christi et sanctissimæ Matris ejus presentia honoratæ fuerint, cur Christus defectum illum permittit? Albertus Magnus, per citatum ab ipso S. Hieronymi testimonium, conveniens fuisse dicit, quod in convivio, ad quod Filius Dei invitatus erat, vinum lætitiæ temporalis et terrenæ deficeret: « Hoc enim vino Sancti non delectantur, quod inebriat ad Dei oblivionem et incendit ad concupiscentiam. » *Ad Ephes., v, 18: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sancto*. S. Bernardus, *Serm. v sup. Salve reg.,* ad beatam Virginem Mariam conversus, ita eam alloquitur: « Vocem tuam audivimus, o Domina rerum, ad Filium: *vinum non habent*; deficit « vinum in cadis nostris, vinum scilicet lætificans « cor hominis; vinum quærimus, quod germinat « virgines; calix in manu tua. » Non est periculum, quod vinum hoc in nuptiis Eucharisticis unquam sit defecturum, siquidem est *juge sacrificium*. « Deficiente vino spiritualis lætitiæ, » inquit Glossa Hugonis Cardinalis, siquidem Deus, ad probationem servorum suorum, iisdem consolationes spirituales internas sepe deesse permittit, eosque per ariditatem anime, spiritusque desolationes affligit.

4. — Verum enim vero id, quod hæc in re vel maxime considerabile est, Simon de Cassia, lib. V, 1, hisce verbis tetigit: « Vinum non habent nuptiæ « vel convivæ, quia non habent unde lætentur, vere « omnes in hac vita degentes non habent unde gau- « deant. » Unde bene Sapiens, *Prov., xxiii, 31, 32*, cavendum esse monet, ne per vini in vitro splendens speciem, aut exteriorem apparentiam, nos deludi et decipi patiamur: *Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenderit in vitro color ejus; ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber*. Quisquis accurate considerat, qualem convivæ, choreæ, carnales voluptates, cunctaque aliæ immoderatæ et excessivæ mundi lætitiæ et gaudia, finem et terminum habere soleant, illas potius spinas quam rosas esse fatebitur, quemadmodum Christus in parabola de seminare clare attestatur. Regum sapientissimus Salomon summa in hac vita felicitate temporali usus, ipsemet, *Eccle., ii, 1*, dicit: *Vadam et affluam deliciis, et fruar bonis, et vidi, quod hoc quoque esset vanitas: risum reputavi errorem et gaudium dixi: quid frustra deciperis?*

Dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

5. — Aliqui illam convivio minime accubuisse,

sed eidem velut Neosponsorum familiarem et cognatam, convivio tantum superintendisse, Filioque vini diminutionem suggestisse, dicendo, ut S. Bonaventura observat, *vinum non habent*, non vero dicendo, *vinum non habemus*; unde ipsam mensam non accubuisse colligi videtur; nihilominus Lucas Brugensis dicit: « Sed quid velat dicere, non « sedisse longe a Filio, ita ut facile ex suo loco allo- « qui poterit; dicit autem in aurem, ut nonnulli « arbitrantur, at non est necesse hoc, verisimiliter « est, proxime assidentes audivisse. » Idem quoque observat, ipsam Filio suo vini defectum significasse, non quasi id ipsum ignorasse existimari, cum enim ipsum miraculum facere posse sciret, longe magis id illi manifestum esse intelligebat; « sed indicatio, « modesta petitio est: Adjutrix in opportunitati- « bus, » appellari jure potuit, utpote quæ pro vino instantiam facere non distulit, quando illud totaliter consumptum fuit, sed deficiente vino. Unde S. Thomas ait: Usque ad extremam necessitatem non distulit, *sed deficiente vino*, etc. Rupertus Abbas Tuitiensis, liber II, in *Joan.*, ait: « Optat B. Dei genitrix « convivantibus fieri janua cœlestis beneficii, ne « illorum devotio qui se invitaverant, fructu suo « careret, neve hilaritatem presentem rei competen- « tem, importuna penuria contristaret. » Euthymius ait: « His qui vocaverant gratiam volens « rependere. » Dionysius Carthusianus sollicitudinem Virginis, quam exhibuit, dum non rogata sponsorum necessitatibus corporalibus prospicere voluit, considerans tale argumentum formavit: « Si illorum corporali inopiæ consulebat, et succur- « rebat etiam non rogata, quanto magis nostræ « spirituali indigentia compatietur, auxiliumque « præbebit, si fuerit fideliter invocata. »

6. — Toletus hoc convivis, in hac occasione a Maria prestitum subsidium perfectam et opportunam misericordiam et compassionem appellat: « Perfecta, « quia a nemine rogata, sed sponte ad succurren- « dum se exhibet efficacem; ea est enim perfecta « misericordia, quæ etiam petitiones et preces « prævenit; etenim tanto misericordia perfectior, « quanto liberalior, tanto autem liberalior est, « quanto minus rogari expectat, petitionis enim « expectatio apud homines, preteritæ quædam est « acceptatio. » Nusquam constat, beatam Virginem in illo triginta annorum spatio, quo cum Filio suo in summa paupertate vixit, ullum ab ipso miraculum poposcisse, neque ob proprium sum interesse et commodum sollicitam fuisse, utpote quæ adeo sobria et temperanter semper vixit; solum vero ob alienam verocundiam et confusione reparandum aut præcavendam primum a Filio miraculum expectavit. Unde Lucas Brugensis optime ait: « Non am- « bitione aut vanæ gloriæ appetitu mota id petit, ut « ipsa una cum Filio ab hospitibus magni fiat et « extollatur (absit), sed sollicita pietate et miseri-

« cordi charitate erga pauperes cognatos ne pude- « fierent. » S. Bernardus, in *Ser. 1*, de hac Domi- « nica, dicit: « Compassa est eorum verocundia sicut « misericors, sicut benignissima. Quid de fonte « pietatis procederet, nisi pietas? quid inquam « mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? »

7. — Observanda quoque est modestia, quæcum vini provisionem a Filio poposcit, quæ se Palmiste monito, *Ps. xxxvi, 5*, conformasse videtur, dicens: *Revela Domino viam tuam et spera in eo et ipse faciet*. S. Bernardus, *Serm. xlvii, in Cant.*, ait: « Non « precatur Dominum, non imperat Filio, defectum « vini tantum nuntiasset contenta; cum beneficiis et « ad liberalitatem propensis ita est agendum, non « enim gratia violenter exprimenda, sed propo- « nenda occasio. » S. Bonaventura, in *Luc.*, ait: « Supponit sibi potestatem, largitatem, ad subve- « niendum pietatem et ideo solum ait: *vinum non « habent*; amanti enim qui est potens, et sciens, et « volens subvenire, sufficit nuntiare. » Carthusianus per hoc exemplum modestiam nobis insinuat, quæcum superioribus nostræ sunt necessitates ape- « rienda, illorumque discretio eorum relinquenda est provisio. S. Thomas, in *Joan.*, ait: « Ex reve- « rentia, quam ad Deum habemus, sufficit nobis, « ei tantum defectus noster exponere, secundum « illud: *Domine ante te omne desiderium meum et « genitrix meus a te non est absconditus*; qualiter « autem nobis Deus subveniat, non est nostrum « inquirere, quia sicut dicitur, *Rom., vii, 26: Non « quid oremus, sicut oportet, nescimus*; et ideo Mater « ejus defectum aliorum simpliciter exposuit, « dicens: *vinum non habent.* »

Adiciones.

a. — *Et deficiente vino dixit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent*. Hunc defectum vini non convivantium intemperantiam præstitit, nam ubi aderat Christus, totius moderationis norma, omnis immoderatio quæ abierat. Gula enim Dei et gratiarum ejus est inimica, spiritui opponitur, prostermit virtutes, Deique et altioris vite oblivionem inducit.

S. Antoninus de gula vitio tractans ait: « Aufert « Deum, » idque probat ex illo Jobi textu: *Non convenitur in terra suaviter viventium*, « id est, gulo- « sorum, » ut exponit hic Sanctus. Postquam enim domus Jobi considerasset ruinam, quæ septem ejus oppressi filios et filias, septem Spiritus Sancti dona, quæ vitium hoc in anima nostra annihilat, signifi- « cantes, ita discurrit: « Septem dona Spiritus Sancti « ex gula ruunt, quod figuratum est in Job, 1, « quando septem filiis convivantibus in domo pri- « mogeniti, domus percussa vento, ruens oppressi « omnes. Figurant enim, secundum Gregorium, « septem dona Spiritus Sancti, septem filii Job. » S. Chrysologus de Christo famelico tractans ingeniosam quandam instituit considerationem, dum

ait: « Diabolus qui manducantem contemperat « Christum, et hibeletum velut hominem com- « tarat, ubi jejunantem vidit, suspicatur Deum. » S. J. Chrysostomus, postquam gulam immani tem- « pestati assimilasset, *Hom. lxxvii in Matth.*, dicit: « Sic « omnium pene honorum ebricituratum patitur; « modestiam enim, pudorem, prudentiam, patien- « tiam, humilitatem; hæc omnia quasi naufragium « passi, iniquitalis pelago submerserunt. »

Ex textu S. Lucae, xvii, 26, manifeste colligitur quod homines et diluvii tempore, parum de Dei comminationibus diluvium illud universale intentantibus cogitarent, aut fide easdem apprehenderent; et in ultimo interituri mundi fine signa judicium præcedentia, nequidquam credituri sint. Causam vero luxus incuriæ et negligentia textus evange- « licus subindicat. Postquam enim hæc verba præ- « mississet: *Sicut factum est in diebus Noe, ita erit in diebus Filii hominis*, mox rationem subnectit; quia scilicet, *debant et bibebant... Similiter factum est in diebus Noe, debant et bibebant*.

b. — « Maria, » inquit Euthymius, « deprecata est « Filium pro deficiente vini miraculo, his qui voca- « verant, gratiam volens rependere, » et gratitudinis exercere virtutem. Gratiitudo enim omnino acceptabilis est apud Deum qui pro receptis bonis gratos nos exhibentes ipsam debitorem nostrum sese constituit.

S. Antoninus ut nos ad gratitudinem extimulet, his Ecclesiastici, i, 7, verbis: *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant, utitur decem* « Flumina, scilicet gratiarum, de mari omnia « exeunt, scilicet divine largitatis, et si non rever- « tantur ad ipsam mare unde exeunt, scilicet per « beneficiorum recognitionem et gratiarum actio- « nem, aqua gratiæ privantur, et si redeunt ad « mare, id est, ad Deum, regratiando vel recogno- « scendo ab ipso venire, ab eo recipiunt influxum « aliarum gratiarum seu beneficiorum. »

S. Chrysostomus, *Hom. x, in Genes.*, sic loquitur: « Gralias Deo agamus, qui tanta apud nos « beneficia collocavit. Neque enim grate aliquid et « onerosum a nobis requirit, sed solum ut teste « mur, et fateamur beneficia sua, et pro his gratias « referamus. Non quod ipse oreat, qui sufficientis- « simus est, nullaque re indiget; sed ut nos disca- « mus auctorem honorum nobis conciliare; nam « sic ipsum ad majorem nostri sollicitudinem pro- « vocabimus. » Experientia sanctorum constat, in tentationibus, gratias Deo agere quasi de jam re- « portata victoria, optimam esse ad fugandum hos- « tem rationem.

c. — Sollicita Mater Jesu ob vini defectum, Filio suo tantum dixit: *Vinum non habent*. Imo hoc ei, ut notat D. Bonaventura, tantum insinavit, nes- « cientibus aliis, quia extimia ejus charitas amicum defectum occultare et non aperire desiderabat,

præ nimio famam aliorum lædendi horrore; quod vitium etiam piis et timoratis sepe est familiare, utpote innotum nobis vitium, et universale, quod in ipsos etiam deservit sanctos: Tanta Salvatoris erat sanctitas, ut veraciter assererit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et nihilominus Apostoli sum quodammodo oburgaturi Magistrum, in præsentem non erubere prorumpere murmuratiorem: *Ut quid perditio hæc?* Magdalene factum et obsequium Christus infallibilis veritas laudabat, et Apostoli, Evangelio teste, indignabantur: *Indignati sunt dicentes.*

Propositionem audite veracissimam S. Chrysostomi: « Ad condemnandum ceteros omne vitæ nostræ tempus absumimus; a quo vitio neque sæculi hominem, neque monachum ullum facile invenias liberum. » S. Thomas verba Sapientis: *Cum detractoribus ne commiscearis*, ponderans, inquit: « Hoc specialiter vitio, periclitatur totum genus humanum. » II, II, q. 73, art. 2.

Ipsa experientia magistra, vitium hoc nullo stringitur repagulo, libere vagatur loca per omnia, nullus ipsum erubescit, quia vel zeli, vel alieni exempli defenditur pretextu. Quibusdam canibus sic innatum est ut non pro feritate sed pro consuetudine latent: idem dici potest de maxima murmuratori parte; habitum induerunt detractorum, ita ut quodammodo abstinere nequeant, murmurantes quandoque, potius ex consuetudine, quam ex malitia.

d. — Vinum non habent nuptiæ vel convivia, quia non habent, unde letentur; vere enim nihil est in hac vita, unde merito perfecte gaudere possimus, sed potius unde moestitia satiemur. Omnis enim mundi consolatio et lætitia est ficta, apparens, instabilis, morere perasa et remorsu.

Istud a Tobia seniore, v. 12, datum Raphaeli Archangelo eum ad lætiam animanti responsum, ad eos dirigendum crediderim, qui in effrenatis appetitibus suis aliquam se lætiam et satisfactionem reperire posse autumant, dum dicit: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo et lumen cæli non video?* Satius etenim dixerit anima quæcumque peccatorum onere gravata: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?* Qualiter namque is, qui in divina vivit inimicitia, qui cor suum sentit laniari puncturis, et mortalium culpam remorsibus, qui scit, in unico se pendulum filo, barathro immineere infernali, quomodo, inquam, talis unquam adduci poterit, ut vel minimum interiori lætitiæ, aut consolationi indulgeat locum? Non secundum exteriorem speciem et apparentiam lætitiæ dijudicanda est; sed in conscientie sinu oculos conjiciamus oportet, inquirentes utrum conscientia mortalium criminum appetitum inordinatorum et passionum puncturis vellicetur. Quæ de re S. Chrysostomus, Ep. vii, ad Olymp.,

dicit: « Non modo post perpetratum scelus, sed etiam in ipso opere cruciatur; etiam ante supplicium improbitas in seipsam penam habet. »

e. — Vinum quod deficit est lætitiæ mundanæ symbolum: *Vinum lætificat cor hominis.* Ac proinde in hoc deficientis vini eventu, lætitiæ ubi ad summum venit, deficere significatur: quia *deficiente vino, vinum non habent*, quando nempe convivium in meliori fervore consistebat. Sed hic mox verificatur quod Prov., xiv, 13, inquit Ecclesiasticus: *Risus dolore miscbitur, et extrema gaudii luctus occupat*; siquidem nullus est in mundo hominum, quod non sit aliqua amaritudine respersum, sicut nec rosa, quæ suis non sit spinis circumdata. « Homo nascitur ad laborem, » inquit S. Antonius. « In figuram hujus, dictum fuit Adæ in persona totius generis humani: *Spinas et tribulos germinabit tibi, Gen., iii*, scilicet terra, quantumcumque colas. Sic quantumcumque quis querat fructum delectationis ex terra corporis sui diversis exercitiis, tamen spinas diversarum contrarietatum affligentium eum, vel tribulos dimorsionis conscientiæ patitur, ut non integre lætari possit, vel non sequendo, ut libet vel timendo ne perdat. » Unde Boetius, de *Philosophicâ consolatione*, dixit: « quod multis amaritudinibus felicitas hujus mundi respersa est, nec est aliquis tam composita felicitatis, qui non aliqua ex parte, cum sua fortuna rixetur. Nam si habet aliquis divitias, aliquando non habet filios; vel si habet filios malos, inde cruciatur; si bonos, timet ne moriantur. Si habet divitias et filios aliquando non habebit natales nobiles; si nobilis sit, non habebit honores; si honores, nullas invidias et inimicitias patietur, et vel infirmitates graves incurret, et sic semper habet in mundanis, cum gaudio mixtam, aliquam anxietatem. »

Sapientissimus Rex Salomon, postquam in omnibus gaudiis et recreationibus suis expertus fuisset tristitiam, hanc apud se statuit conclusionem: *Risum reputavi errorem, et gaudium dixi: Quid frustra deciperis.*

Utiq; specialissima divine Providentiæ dispositio est, quod felicitatum et prosperitatum humanarum rose immeris circumdatæ sint pungentibus spinis, nisi enim hoc esset, quanto magis mortales certatim approperearent ut illas deciperent? Unde S. Augustinus in sermone quodam ait: « Ecce turbatur mundus, et amatur mundus; quid si tranquillus esset? Formosus quomodo hæresis, qui sic amplecteris fœdum? Flores ejus quomodo colligeres, qui a spinis non revocas manus? » *Serm. CXXV, de Temp. Pass.*

f. — Hic forte dicat aliquis: Si hæ nuptiæ profana fuissent, quales, ut plurimum omnes aliæ esse solent, vinum, id est, veram lætiam in eis deficere mirandum non esset: at vero cum hæ

nuptiæ Christi et sanctissimæ Matris ejus presentia honoratæ fuerint, cur Christus defectum illum permittit? Albertus Magnus, per citatum ab ipso S. Hieronymi testimonium conveniens fuisse dicit, quod in convivio, ad quod Filius Dei invitatus erat, vinum lætitiæ temporalis et terrene deficeret. « Hoc enim vino, » inquit, « sancti non delectantur, quia inebriat ad Dei oblivionem, et accendit ad concupiscentiam. » Hoc enim est vinum deliciarum mundanarum, quibus qui per affectum suum immersus est, ab omni cognitione Dei est alienus. S. J. Climacus ait: « Diligere commoda mundi, affundit menti tenebras. Despicere autem illa, illustrat mentem, paritque in omnibus cognitionem. » Regius Psalmista modum docet quo a Deo illuminari valeamus. Dicit enim: « *Accedite ad eum, et illuminamini.* Amor autem mundi a Deo nos elongat quia amicitia hujus mundi, id est, inordinata adhesio delectabilibus hujus mundi, inimica est Deo quia facit recedere ab ipso, » ut Lyranus ait. Angelicus Doctor declarat quinam illi fuerint qui oculos suos in Christum delixerunt eumque agnoscentes, debitum ei cultum exhibuerunt et obsequium: « Si enim aliqui eum cognoverunt, » inquit, « hoc fuit, non in quantum fuerunt in mundo, sed in quantum fuerunt supra mundum, et tales quibus dignum non erat mundus, quia mundus eum non cognovit. Est quasi ratio quare ab hominibus Deus non cognoscitur, et sic accipitur mundus pro inordinato mundi amatore. » Omnes quotquot præter Apostolos magnum sibi lumen et notitiam veri Dei acquisiverunt, inveniatis a mundo semper fuisse aversos.

g. — Punctum vel maxime præsentis super textu considerabile est illud quod Simon de Cassia, lib. V, cap. i, tetigit his verbis: « Vinum non habent nuptiæ vel convivia, quia non habent unde letentur: » vere omnes, in hac vita, non habent unde gaudeant. » Unde bene sapiens cavendum esse monet, ne per vini in vitro splendescens speciem, aut exteriorem apparentiam, nos deludi et decipi patiamur. *Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus. Ingredietur blande, sed in novissimo, mordabit ut coluber, Proc., xxii, 31, 32.* Quisquis enim accurate considerat qualem bona mundana, quæ per vinum hic tropologicè significantur, finem et terminum habere soleant, eadem non vera, sed solum apparentia esse fatebitur. S. Paulus Apostolus, qui totum mundum circumivit, et percurrit, cui proinde sancta Mater Ecclesia, mundi hujus conversionem attribuit, hic, inquam, mundi mundum non nisi imaginem quamdam et figuram esse dicit; insinuare volens bona ejus, non subsistentia, sed solum apparentia esse. *Præterit, inquit, figura hujus mundi. I Cor., vii, 31.* D. Chrysostomus in homelia xxxix ad populum, cui titulus est, quod *presentia quasi non sint oportet contem-*

nere, inquit: « Est figura tota vita præsens, et « fallacia, et a somnis nihil distat. Et propterea « beatus quoque Paulus dicebat scribens: *Præterit « figura hujus mundi*, ostendens quod humanorum « quodlibet in figura tantum est, et velut umbra, « et somnium præterlabitur, nihil habens verum, « nihil stabile. » Tertullianus, de *Corona milit.*, xii, ait: « Omnia imaginaria in seculo, et nihil veri, « quia *præterit figura hujus mundi.* »

h. — Toletus, hoc in hac occasione Canaitis convivis præstitum beneficium, seu subsidium, perfectam misericordiam et compassionem appellat: « Perfecta, quia a nemo rogata, sed sponte ad « succurrendum se exhibet efficacem. » Nusquam autem constat, beatam Virginem in illo triginta annorum spatio, quo cum Filio suo, in summa paupertate vixit, ullum ab ipso miraculum poposcisse, neque ob proprium suum interesse et commodum sollicitam fuisse, utpote quæ adeo sobria et temperanter semper vixit: solum vero ob alienam verecundiam et confusione reparandum, aut præcedendam, primum a Filio miraculum expellit. O charitatem! quæ misericordiæ radix est, a qua compassio erga miserabiles derivatur.

S. Joannes Apostolus, divini amoris secretarius, intelligere se non posse fatetur, quia ratione fieri possit, ut cor aliquis detractus incalcescat, et tamen misericordiam et erga egenos beneficentiam non exerceat: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et claverit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* I Joan., iii, 17. Salvator noster, per parabola Samaritani illius, qui erga miserum illum, qui ab Jerosolymis in Jericho descendens, incidit in latrones, maximam exhibuit misericordiam, nobis insinuat, quod veræ charitatis specimen sit operum misericordiæ exercitium.

S. Bernardus in sermone quodam de misericordiæ perfectione, hanc misericordiæ laudem attribuit: « Aliena miseria facit suas, et pro viribus « auxilium præstat, et si juvenadi facultas deest, « compassio non deerit. » S. Augustinus pro illis, qui licet optime sint voluntatis, ad opera misericordiæ exercenda, ad ea tamen reipsa prestanda pecunias non habent, oportune in hæc verba pronunciat: « Eleemosyna corporis multo major quam « eleemosyna corporis. Charitatis eleemosyna sine « terrena substantia sufficit tibi. » S. Bernardus, de *Passione Dom.*, 32, ita scribit: « Numquid hic « probi erunt qui Christo in operibus misericordiæ « ministrare non possunt? Absit; non enim impo- « tentes, sed nolentes condemnabuntur. Nam vis- « cera, id est, compassionem suam, non claudit a « proximo indigentiam patiente, qui si posset, « vellet subvenire; sufficit Domino cor intenti. »

i. — Pulchram hic et nobis scito utilem doctrinam insinuat Divus Bernardus, *Serm. xlvii in Cant.*

« Non precatur, » inquit, « Deipara Dominum; »
 « non imperat Filio, defectum vini tantum nun-
 tiasse contenta. Cum beneficis et ad liberalitatem
 « propensis, ita est agendum; non enim gratia
 « violenter exprimenda, sed proponenda occasio. »
 Quod idem quoque insinuat Seraphicus Doctor, his
 verbis in Lucam scribens: « Suppositi Filii pote-
 « tatem, largitatem, ad subveniendum pietatem,
 « et ideo solum ait: *Vinum non habent*. Amant
 « enim qui est potens, et sciens, et volens subve-
 « nire, sufficit nuntiari. » Quod optime respicit
 facultatem et velocitatem, qua a Deo in oratione
 exaudimur.

Quis non miretur quod Propheta Regius, cui no-
 tissimum erat, quam difficulter ad magnos prin-
 cipes detur aditus, per modum imperalivum dispo-
 nit, imo precipiat ut oratio coram illo solio admit-
 tatur, coram quo adorant dominationes, tremunt
 potestates? Intret, inquit, *Psal. LXXXVII, 3, in con-*
spectu tuo oratio mea. Non querit, ut per alium
 gratiose introducat, sed vult, ut ipsamet confi-
 denter et audacter fores aperiat. Unde S. Augusti-
 nus ait: « Magna est virtus orationis, quae quasi
 « persona quadam ad Deum intret, et ibi manda-
 « tum peragit. » S. Chrysostomus, in *Ps. CXIV*, ait:
 « In orandis hominibus, et sumpta opus est, et ser-
 « vili adulatione, multoque et molesto ambitu non
 « enim solum recta ipsos dominos adire licet et
 « appellare de munere; sed frequentes necessum
 « ministros, dispensatores, curatores eorum, pecu-
 « niis, et verbis, et omni denique pacta demulcere,
 « quo vel ita tandem postulata accipias. Nihil istius-
 « modi in orando Deo: Non ibi opus est interpre-
 « tibus, neque tam ab intercessoribus, quam nostris
 « ipsorum precibus pro impetrandis muneribus
 « exoratur. »

Quod si mihi dixeritis, Angelos, in curia caelesti,
 esse veluti Magistros Camerae, qui nos et orationes
 nostras coram Deo introducant; ac proinde in
 Apocalypsi, viii, 4, dicit: *Ascendit fumus incensorum*
de orationibus sanctorum, de manu Angeli; per aptam
 quandam cunctisque notam similitudinem tibi res-
 pondebo. Dum Legatus aliquis Regis, ad tractan-
 dum cum Monarcha quadam ardua negotia, cum
 sumptuose comitata procedit, multi Principes et
 personae illustres, ad majus legationis decus, et ho-
 norificentiam, ipsum comitantur, et longo ordine
 procedunt, infimi quoque aulae Regis Proceres
 illum introducunt; et tamen, tam hi quam illi qui
 illum associant, extra regium penetrale reman-
 ent, ipsoque solum cum solo Monarcha negotia
 tractat. Eodem quoque modo, dicere possumus,
 quod Angeli ad majorem orationis honorem, et ad
 ostendendam dignitatem ipsius excellentiam, ipsam
 quidem associant usque ad caelum, imo usque ad
 ultimum throni Altissimi gradum; ulterius vero in-
 gerere se non audent, sed reverenter ibidem alas

suas submitunt. At vero oratio per seipsam ad divi-
 nam Majestatem liberum habet aditum... Invo-
 Deus ipsemet ad cordium nostrorum fores pulsata,
 nosque ad postulandas ab ipso gratias invitat, *Apoc.*
iii, 20, dicens: *Eccce ego sto ad ostium et pulso; si*
quis audierit vocem meam et aperuerit mihi januam,
intrabo apud illum. Et apud S. Matth., vii, 6: *Petite*
et dabitur vobis, quærite et invenietis, pulsate et
aperietur vobis.

J. — Quibus affectibus, et qua methodo defectui
 vini Maria remedium impetravit? Non multa locuta
 est, sed simpliciter fatur: *Vinum non habent*, quasi
 idem esset misericordii Deo miseriam delegere, ac
 flammanti igni præparatum pabulum apponere.
 Audi S. Bernardum, de *gradibus humilitatis* expo-
 nentem: « *Vinum*, » inquit, « *non habent*. Quam
 « breviter quam reverenter suggestit, unde pie fuit
 « sollicita, et ut discas in hujusmodi magis pie
 « genere, quam petere præsumptuose. Pietatis
 « gestum, pudoris umbra conceptum, precis fiducia
 « verecunde suppressit. » Exemplum tibi factum,
 quem te in necessitatibus gerere debeas. Suscipe
 igitur in Deipara petendi methodum; disce modestiam
 in fide. Non tumultuatur, non nimis anxie solli-
 citat et importune rogat. Nimirum enim et immo-
 dice anxiam sollicitudinem, quae velut continuis
 aestibus hominem exagitat, condemnat et aspernat
 Christus Deus. Illam autem diligentiam et labo-
 rem, qui conformis est uniusejusque statui requirit.

VERSUS 4.

*Et dicit ei Jesus: quid mihi et tibi est, mulier?
 nondum venit hora mea.*

1. — Hæc responsio prima facie, tantisper
 aspera videtur, maxime cum S. Bonaventura notat,
 adeo se erga sanctissimam Matrem suam obsequio-
 sum semper exhibuerit: *Et erat subditus illis; nihil-*
ominus omne dubium facile evanescet, si varias
sacrorum expositorum interpretationes rite con-
sideraverimus. Cajetanus ait: « Non sunt verba
 « oburgantis, seu arguentis, aut repellentis Ma-
 « trem, sed instructus, quod neutrius intererat pro
 « tunc. » Jansenius ita exponit, ut sensus sit:
 « Quid mea et tua interest, quod non habent
 « vinum? » Hugo Cardinalis sensum horum verbo-
 rum esse dicit: « Cognitio hujus defectus non per-
 « tinet ad me, vel ad te, sed ad illos, quorum sunt
 « neptie. » Quam sententiam Cajetanus ex illo con-
 firmat, quod protinus post accidit, quia Archetrius
 nunc mox ad sponsum recurrit.

2. — Præler ea etiam advertendum est, quod
 S. Bonaventura notat, scilicet Christum ostendere
 voluisse, quod vinum affectet miraculum ad Matris
 instantiam facere, absque eo quod hoc ab illis expe-
 teretur, qui eo indigebant: « Ut non essent sus-
 « pecta miracula; ab his enim qui indigebant,

« rogari oportnerat et quando tales rogant, insus-
 « picabile est miraculum et pura laus. » Beatissima
 Virgo, ut S. Thomas scribit, ante tempus miraculum
 expetit, ac promitte se ad illud patrandum, nonnihil
 invitum ostendit, ipsa namque supplicaverat prius-
 quam vinum totaliter defecisset: « Deficiente vino,
 « noluit facere miraculum, priusquam sciretur
 « defectus, quia ex hoc fuisset minus notum et
 « minus credibile. »

3. — S. Bernardus, *Serm. cit.*, ait: « Manifeste
 « jam video, quod non velat indignatus, aut con-
 « fundere volens Virginis Matris teneram verecun-
 « diam, dixerit: *Quid mihi et tibi?* sed propter nos,
 « ut conversos ad Dominum, jam non sollicitet
 « carnalium cura parentum. » Porro David olim
 futurum Messiam ad instar Melchisedechi futurum
 esse prædixerat, qui ab omni consanguinitate et
 parentela alienus erat, ac proinde in omnibus hono-
 ribus se a cognato sanguine alienum esse sollicitet
 semper ostendit et præcipue in hac occasione, in
 qua per viam miraculorum, gloriam, id est, Divi-
 nitatem suam manifestaturus erat. Unde videri
 noluit, ac si ad Matris instantiam moveretur ad
 faciendæ prodigia. Qua in re similiter nos instruere
 voluit, quod in Dei donis ac gratis communicandis
 a nobis nunquam consequendus sit sanguinis impul-
 sus, sed in ea solum respiciendum sit servitium divi-
 num. Bæda vero et S. Augustinus a Glossa citatus,
 cum hoc loquendi modo innuere voluisse dicunt, se
 donum et operationem miraculorum non ab ipsa,
 Matre scilicet sua, sed ab æterno Patre suo accepisse.
 Unde Toletus ait: « Id est, opus quod petis, non ex
 « humano pendet obsequio, non jure filiationis
 « humanæ, nec amicitie aut consanguinitatis illius
 « exhibendum est ratione, sed ex divina pendet
 « voluntate. » Rupertus Abbas Tuitiensis Christum
 in hac responsione respectum et reverentiam erga
 sanctissimam Matrem nihil penitus diminuisse, his
 verbis ponderat: « Quia profecto nulla est exho-
 « noratio Patris, vel Matris, dum eis non quælibet
 « causa, sed solius præferitur honor vel opus Dei. »

4. — S. Maximus, *Hom. II, in Epiph.*, postula-
 tionem hanc, temporalem fuisse considerans scribit:
 « Idcirco ut reor, quia de defectu carnalis poculi ei
 « suggerabat, qui venerat totius orbis gentibus
 « novum æternæ salutis poculum propinare; nam
 « quod petebat Maria, erat gratiæ temporalis;
 « quod Christus parabat, gaudii sempiterni. »
 Christus etenim desiderasset, quod augustius vel
 majus quidpiam postulasset, ut vinum in sangui-
 nem suum transmutaret, ut is pro salute peccato-
 rum, quorum ipsa unicuique refugium erat, incremento
 sacrificio continuo efflunderetur. Similem quoque
 glossam Albertus Magnus hisce verbis adhibet, dum
 ait: « Ad mejenim ex officio legationis, quo missus
 « sum in mundum, pertinet cura spiritualium, non
 « temporalium. »

5. — Hugo Cardinalis ait: « Ista repulsi signi-
 « ficat, quod aliquando Deus non exaudit, nec dat
 « statim quod petitur, ut avidus petatur. » S. Augu-
 stinus, *Serm. V, de verb. Dona.*, licet ad aliud pro-
 positum, ita scribit: « Cum aliquando tardius dat,
 « commendat sua dona, non negat: diu desiderata
 « dulcissima obtinentur. » Et ideo in hisce verbis sanc-
 tissimæ Matris suæ fiduciam et viram fidem magis
 elucescere voluit, utpote quæ « tantum abest, » ut
 crederit se passuram esse repulsam, ut etiam,
 velut de præstanda gratia certa et omnino secunda,
 ministris præceperit, ut in omnibus ab eo jussis
 perfectissime obedirent.

6. — Discere item hinc possumus, nequaquam
 turbandos nos ad indignandos esse, si verbum
 aliquid minus gratum aut probrosum nobis dicatur,
 siquidem ipsamet Dei Mater, velut peregrina qua-
 dam mulier, durisculo mulieris nomine appellata,
 inde nec quidquam turbata fuit, sed patienter susti-
 nit. Verisimile quidem est, ipsam, matris augustum
 honorem, maxime semper aestimasse et tamen pa-
 tienter pertulit quod coram omnibus sibi publice
 dici audivit: *Quid mihi et tibi, mulier?*

Nondum venit hora mea.

7. — Euthymius Christum etiam ante tempus
 necessitatis, ad honorem tamen Virginis, miracu-
 lum patrare voluisse existimat: « Cum dixisset:
 « *Nondum venit hora mea*, miraculum tamen ope-
 « ratus est et Matrem honorans et ostendens, quod
 « temporibus non serviat ac subjaceat, sed eis
 « dominetur. » Ilyranus ait: « Nondum venit tem-
 « pus, conveniens ad faciendum miraculum, »
 signum ut Albertus Magnus notat, congrua et
 opportuna hora ista, a necessitate et inopia depen-
 debat convivarum, ab eorumdem miraculum avide
 expectantium devotione, ac denique ex profecto et
 utilitate, quam inde percipitur erant, Dei Filium
 aliquatenus per hoc cognoscendo. Jam vero vinum
 pro tempore, quo Maria se pro vini defectu sup-
 plendo supplicem sistentem, nondum omnino defe-
 cerat. Unde Hugo Cardinalis ait: « *Nondum venit*
 « *hora*, quæ magis sit gratum et utile miraculum,
 « his, quibus postulas fieri. » Ipsa prævenit neces-
 sitatem, cum vinum nondum defecisset, Filius
 autem totalem illius defectum præstolabatur, ut
 miraculosa hæc vini provisio tanto apud omnes
 magis elucesceret. Porro Mater, ut Cajetanus ob-
 servat: « Intellexit petitionem suam fuisse exaudi-
 « tam et adimplendam, sed cum aliqua dilatione,
 « donec scilicet defeceret vinum, alioquin non sub-
 « junxisset præceptum ministris: *Quodcumque*
 « *dixerit vobis facite.* » Jansenius ait: « Opportu-
 « num tempus edendi miraculum, quod petebatur,
 « non erat, nisi cum jam de vini inopia omnibus
 « constaret, tunc enim futurum erat gratius, credi-
 « bilius, magisque liberum ab omni sinistra suspi-

« cione. » Eadem est sententia Chrysostomi, *Hom. xx, in Joan.*, dicentis : « *Nondum venit hora mea, id est, nondum deficit vinum; sine eos primum hoc sentire, qui enim necessitatem non praesentit, et neque beneficii gradum percipit sensum.* » Jan- senius insuper aliam hujus dilationis convenientiam considerat, dum ait : « *Quo magis omnibus inno- tesceret vini defectus et sic non ostentationi, sed necessitati datum videretur.* »

8. — *Si moram fecerit, expecta illum, Haba., II, 3.* Nimirum Deus nostrae in ipsum fiducia specimen vult expetiri et ideo saepe numero nos ad extremitates redigere permittit, ut probata gravi necessitate divini auxilii, divina ejus beneficia tanto amplius agnoscamus. Unde S. Thomas, *in Joan.*, ait : « *Neque defectum vini sentiunt; sine ergo primum hoc sentire, quia cum necessitatem cognoverunt, majus reputant beneficium, quod recipiunt.* »

9. — S. Ireneus, *lib. VI, 18, de B. Virgine*, in hac supplicatione ita scribit : « *Fervore quodam ducebatur Deipara bibendi sanguinis Christi poculum?* » Unde S. Ambrosius, *Serm. xii, nostram* prae illis nuptialibus convivis praecellentiam et praerogativam, utpote qui non aquam in vinum, sed calicem vini, in ejus proprium sanguinem transubstantiati, recipimus, considerans, dicit : « *Illos percipisse vini poculum, non calicem salutis accipere et si dici fas est, apud illos pertransire quod bibent : apud nos vero permanere quod sumpsimus.* » Ac proinde hoc sensu non sine causa respondit : *Nondum venit hora mea.* Unde Interlinearis ait : « *Nondum venit hora mea, id est, et opportunitas ostendendi naturam, quam ex te habeo, sed ostensa divina per miracula, ostendetur et humana per passionem.* »

Additiones.

a. — *Et dicit et Jesus: Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Censorius nimis visus fuit Dominus is qui effectum illam severitatis personam nolunt percipere. In immanentem prolem aliquando amantissimus pater solet exardescere, et supercilium eflingere, non ut errores muletet, sed ut firmiorem suggeret abscedendi ab errore diligentiam. An egebat hac fectitia animadversione Maria, Jesu Matre? Sed egebat innumeri alii innocentes quos in Matre Jesu tangebant efflicta severitas, ut castigati sine culpa, culpas magis vererentur. Non semper disciplina virga Christiani culpa tundi, solet saepe ipsa innocentia austeris et dure tractari, et flagellis praeveneri, ne ruat, sed incontaminabilis perseveret in vita. Tribulatio enim vitam gratiae ac plura alia bona communicat.

Albertus Magnus allegat auctoritatem S. Gregorii : « *Cum Dominus nos exterius affligit, interius nos reficit; cum enim exterius virtutem carnis humiliat, interius intentionem spiritus exaltat.* » Idque

probat ex *I Reg., II, 6: Dominus mortificat et vivificat.* Mortificat flagellando et vivificat gratiam infundendo. Effectus tribulationis est divinatorum praeparationum adimpletio, in qua consistit vera vita : *Si vis ad vitam ingredi serva mandata...* Hoc fac et vires. Audiamus S. Ambrosium : « *Quarunt tribulationes et necessitates justum, et interdum inveniunt, et interdum non inveniunt eum. Invenitur cui corona debetur; non invenitur qui idoneus carere tamini non probatur. Tribulatio igitur velut quaedam gratia est. An non est gratia quae operatur patientiam? qui ergo noverat tribulationis profectum esse quaesitus a tribulatione, inventus est, nec refugit, secundum verbum Psalmista: Tribulatio et angustia invenerunt me. Nulla ergo ratione disciplinae virgam fugere debemus, sed perseverare sub illis, exemplo Matris Virginis. Disciplina enim et virga tribulationum, paterna erga nos amoris indicium est, certumque pignus. Ut igitur Christus debeat amorem Matræ exhibeat, eam duriuscule, aut potius eos quos in Matre tangebant innocentes, attingit.*

b. — S. Augustinus, *tract. in Joann.*, scribit : « *Certi sacramenti gratia videtur, Matrem de qua Sponsus processit, non agnosceret, et dicere illi: Quid mihi et tibi est mulier?* » Hoc vero sacramentum hic latens aperire videtur illa verba, quibus respondit illi, *Matth., xii*, qui loquente Jesu ad turbas, annunciavit, dicens : *Mater tua et fratres tui stant foris, quaerentes loqui tibi.* Cui ille : *Quae est Mater mea, et qui sunt fratres mei?* super quae verba venerabilis Beda, *Hom. IV, tom. VII*, dicit : « *Non autem Dominus materna pietatis respuit officium, qui per legem praecipit, dicens: Honora patrem tuum et matrem tuam; sed Dei Patris ministeria maternis praeponebat affectibus. Hinc alibi dicit: Qui amat patrem et matrem super me, non est me dignus. Nec contemnit fratres, sed cognationi carnis opus praeferebat docet esse praedicationis.* » Ita pariter hic Christus Virginem illa severe alloqui videtur, eam veluti matrem non agnoscent, non propter ipsam, cum Virginis actiones a Spiritu Sancto dirigerentur, sed ut circumstantes, et in eis, nos instrueret, quod ea quae Dei Patris atque ministerii Evangelici sunt, nullus affectus humanus, interturbare debeat; meritoque illos reprehendi, et puniri, qui a Verbo Dei alieni sunt et illud disturbant. S. Augustinus, a S. Bernardo, *Serm. x in Dom. Quad.*, citatus, culpam eorum exaggerans, qui praedicationem parvi pendunt, inquit : « *Interrogate vel fratres, vel sorores; dicite mihi: Quid vobis plus esse videtur, corpus Christi an verbum Christi? Si verum vultis respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus verbum Christi quam corpus Christi. Et ideo quanta solitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nil ex ipso e manibus nostris in*

« *terram cadat: tanta sollicitudine observemus ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de puro corde depereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit.* »

c. — *Quid tibi et illi Domine Jesu quaeris? Nonne quod filio et matri? Quid ad illam pertinet, quaeris, cum tu sis ventris ejus immaculati fructus benedictus? Nonne ipsa est quae te libito pudore concepit, sine corruptela te peperit? Nonne ipsa est in cujus utero, novem mensibus moratus est nobilis inquilinus? Cujus virginis uberibus lactatus es? Cum qua jam duodecim annorum factus, a Jerusalem descendisti, et illi subditus eras? Nunc ergo, quid molestus es illi, dicens: Quid mihi et tibi? Multum per omnem modum: non enim haec velut indignans, sed nos erudiens dixit, scilicet, insinuare intendens, quod Deus nobis provideat, non solum tanquam pater sed et tanquam mater, habeatque talem uniuscujusque in singulari providentiam, qualem universim habet de omnibus. Propheta Evangelicus, Isaías, qui omnes novae Legis gratiae eventus ad unguem praedixit, de providentia qua Deus suis ablauditur erat fidelibus, *Lxvi, 12*, prorupit : *Ad ubera portabimini.* Quis unquam non jam desiderare sed vel imaginari sibi amplius quid potuisset, in ordine ad curam, quam coelestis Pater de nobis habet? De quo Tertullianus ait : « *Tam pater, nemo, tam pius, nemo.* » Ex patre enim in matrem, in nutrimento transformatur : *Ad ubera portabimini.* Et David, *Psal. xxi, 12*, ad Deum se convertens, dicebat : *In te projectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu; ne discesseris a me.* Enimvero quia infans ex utero materno egressus, ad alimentum sibi conquirendum nondum pollet ingenio, ideo Deus, hunc illi instinctum indidit, ut ad matris, vel nutricis ubera confugiat; eandemque hoc fine lacte fœndat, Deus nobis mater factus est. Ad hanc usque inauditam amoris inventionem providentia ejus pervenit ut diceret nobis : *Ad ubera portabimini;* continuo namque nobis indeficientis beneficentiae suae ubera sugenda liberaliter porrigit. Unde apud Oseam Prophetam, *II, 14*, promittit dicens : *Ego ego lactabo eum.**

d. — *Vadit invitatus ad nuptias Dei Filii, quibus aderat Mater Virgo, non ut conviviis delectetur humanitas, sed ut mirabilis innotescat divinitas. Vadit ad nuptias non sumptuosus pocula, sed daturus. Itaque, nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat Mater Jesu ibi; vocatus est autem et Jesus. Deficit vinum, interpellat Mater, atque ut propterea Deiparæ sollicitudo, eorum verecundiam pie redimat, poculentorum penuriam Filio proponit, illi clam suggerens : *Vinum non habent.* Et specietenus repulsam pati videtur, cum audit : *Quid mihi et tibi**

est, mulier? Verum non sic hanc responsonem attendas velim, tanquam repulsam passa Mater sit; altissimo enim mysterio sic respondit Christus. Quod hisce elucida mellifluis Bernardus, *Serm. I, Dom. I post Octav.* « *Quid mihi et tibi est mulier?* ab indigentibus enim non a Matre id querendum erat. » Et paulo post : « *Ille ergo Matrem non incongrue increpat, dicit enim: Si non adest vinum, oportebat illos ipsos quibus deest accedere, et rogare, non te Matrem. Nam quando commentor a domesticis scandalum fit videndum, quibus autem hi rogant qui opus habent, suspitione res caret.* » Scilicet, etsi Matris preces magno semper apud Deum in pretio sint, ut par est, et experimentis notissimum, tamen aequum non est, ut hi, qui necessitate premuntur, ipso necessitatis stimulo non urgeantur ad preces, et ab illis feriant, tantum impetrandi energiam negligant. « *Quare tunc ab indigentibus, non a Matre id querendum erat.* » Respondit Jesus quasi diceret : *Tibi reipsa annuam, nunquam enim Matris meae preces renutu excipio, excipiamque, qui delectat Matrem et Filium delectat; ad specie increpationis homines increpo, et duriuscula increpatione admo- neo, et erudio, ne unquam ipsi negligant orare, cum humanis necessitatibus duriter affliguntur, neque tantum impetrandi occasionem elabi patiantur; in tribulatione enim recurendum ad orationem, eo quod afflictorum preces sint efficacissima.*

Cum omnis Christi actio nostra sit instructio, et ad nostram ordinata sit instructionem, quamvis ipse oratione et precibus fundendis non indignis, siquidem beatissima illius anima inseparabiliter Deo unita erat, nihilominus imminente passione sua, in horto Gethsemani diu et ferventer oravit. « *Oravit tertio, ut suo nos exemplo, in amaritudine posito, ad orationem tanquam ad singulare praesidium, invitaret,* » ait B. Laur. Justinianus. Gerson, in quorundam Theologorum colloquio, unum introduxit loquentem, qui dixit : « *Quod si anima Christi et omnes Sancti paradisi simul orarent per persona aliqua, non acquirerent tantum ei utilitatis et meriti, sicut ipsa sibi acquireret per unicam in adversitate patientiam.* » Quid mirum igitur si oratio unius tribulati adeo potens sit et efficax, quae tantum habet annexum meritum?

e. — *Pia, specietenus rixa intercedere videtur inter Matrem et Filium. Christus negat favorem, et Maria adhuc perseverando petit, et petendo perseverat. Contra Dei consilium et voluntatem, Maria obstitit? Quod omnipotentia Dei facere recusat, Deipara adhuc conatur ut fiat? Repelli videtur, nec commovetur, quia fiducia qua vi nititur? Plane divina perseverantiae virtus viribus, et quod palam negari videtur a Christo, adhuc perseverantibus viribus nixa obtinere conatur. Ad rem Beda : « *Dixit Mater ejus ministris, quodcumque**